

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 109. Mandata ad ingressum Regis aperiendum a Brissaco data.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

**Sæcul. XVI.** xerunt. III. Civibus, atque incolis  
**A.C. 1594** salva, & integra permaneant eorum  
 bona, vita, & privilegia. IV. Omnes  
 illi, qui a Maduano Duce quibusdam  
 officiis, dignitatibus, vel beneficiis  
 aucti fuerunt, ea retinere valeant, nisi  
 saltem a Rege ad alia officia adhibeantur.  
 V. Omnibus illis, qui haud ultra  
 in urbe permanere voluerint, ad alia  
 loca emigrare, suaque bona secum de-  
 ferre integrum sit. VI. Legatus, &  
 Pelleveus Cardinalis æque, ac ceteri  
 Præfules, eorumque Domestici unacum  
 sua suppellectili ex urbe excedendi, vel  
 si maluerint, ibidem permanendi ple-  
 nam habeant libertatem. VII. Pariter  
 etiam Hispaniæ Ministris impune  
 urbem relinquere liceat, eisque publicæ  
 securitatis literæ, ac commeatus diplo-  
 mata consignentur. IX. Ipsis quoque  
 integrum sit, secum extera, & Gallica  
 præfidia educere, ea lege, ut illis mi-  
 litares honores omnino deferantur.  
 Porro postremo hoc articulo Brissacus  
 Comes privato suo commodo prospic-  
 iebat.

### §. CIX.

*Mandata ad ingressum Regi aperiendum a Brissaco data*

**Thu.** . 109. **R**ege cunctis hisce articulis annuente  
**Avil.** i. c. **B**rissacus ad tubæ sonitum procla-  
 mari

mari jussit, prohibens, ne ulli conveni- Sæcul.XVI.  
tus extra Urbis Prætorium haberentur: A.C.1594.  
sive ibidem convenire oporteret, tunc  
præter Magistratus, qui interesse tenen- Mem. de la  
tur, haud plures, quam quinque ho- Lig. p. 63.  
mines coirent, mortis poena, bonorum- Mem. de  
l'Avit.p.195.  
que proscriptione constituta in eos, qui  
præfixo numero plures eo convenisse  
deprehenderentur. Postea cum rumor  
per urbem volaret, quod Maduanus  
Dux milites, bellique apparatum in  
Parisinæ Urbis opem submissurus foret,  
atque illis obviam procedere necessa-  
rium esset; hinc Brissacus copias, qua-  
rum fidem sibi suspectam habebat, Bel-  
lovacum versus emittebat, perinde ac si  
Maduani suppetiæ ea ex parte adven-  
turæ essent: insuper Alexandrum Mon-  
tanum Neapolitani agminis Tribunum  
trans flumen collocabat, eo usus ob-  
tentu, quod eo annonam advehiri spe-  
raret: porro ad vesperam diei vigesimæ  
primæ Martii Gubernator ad ædes Præ-  
fecti Mercatorum convocabat regio-  
num Præfectos, & ex Magistratibus  
præcipuos, quibus suum propositum,  
necnon pacta cum Rege inita manifesta-  
bat, præcipue conditiones circa Reli-  
gionis securitatem, & præteriorum  
criminum oblivionem sanctitas: insuper  
eisdem exponebat necessitatem, ad  
quam ipsi redacti sunt, ut tandem firma,

Dd 2

ac

**Sæcul. XVI.** ac proficua pace belli calamitates redi-

**A. C. 1594.**

mere quærerent: cum ergo omnes ejus consilia sequi parati essent, illos rem sincero animo aggredi rogabat, præcipue vero tam provide prospicere, ut absque tumultu, & confusione Rex in urbem recipi posset. Cunctis igitur omnia approbantibus, Mercatorum Præfectus unacum Langlæo Ædile mandata, ad sibi fidos regionum Præfectos mittenda sigillo muniebat, eosque certiores reddebat, quod conclusa pace altera die pacta utrinque firmando essent, proin ipsi omni tumultui præcaverent, fidisque civibus injungerent, ut ad omnem imperium ad arma parati forent, hacque ratione eos, qui sese paci opponere vellent, in officio continere valerent. Hisce mandatis summo silentio datis Brissacus summo mane ad portam novam contendit, caussatus, quod illam muro obstruere oppoteret, ut hac ex parte nulla molestia inferri posset. Sub idem quoque tempus Mercatorum Præfectus ad portam sancti Dionysii pergens, ad illius custodiam Langlæum Ædilem designabat, iphus vero sese Brissaco juncturus ad portam novam reversus est.

§. CX.